

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7386

**Autre(s) référence(s) :** Round 420

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Pierre-de-Cormeilles, Notre-Dame de Cormeilles (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1172-1189]

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation générale des biens de l'abbaye de Cormeilles.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatibus et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 601.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCVII, t. 2, p. 331-333.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 420.

## Dissertation critique

« 1172-1173 – 1189 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 331. Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis, ballivis, et omnibus ministris et fidelibus suis, et omnibus presentes litteras inspecturis vel audituris, salutem.

Sciatis nos in protectionem et defensionem nostram, tanquam propriam elemosinam nostram, pro salute anime nostre et antecessorum et parentum et heredum nostrorum, suscepisse monasterium Beate Marie de Cormeillis, Lexoviensis dyocesis, et abbatem et conventum ibidem summo regi famulantes, et successores suos ac eorum propriam familiam ; et omnium bonorum que de cetero fient in dicto monasterio fieri participes cupientes, dictis abbati et monachis et successoribus suis concessimus et presentibus litteris confirmavimus quod ipsi teneant et habeant et in puram et perpetuam elemosinam possideant bene, quiete, libere et pacifice, absque alicujus

molestatione vel inquietatione ministrorum nostrorum, omnia et singula que a fundatoribus dicte abbacie fuerunt concessa et pro Christi Jhesu nomine erogata, videlicet patronatum ecclesiarum Beatorum Petri et Silvestri et Sancte Crucis de Cormeliis, cum omnibus pertinentiis suis, burgum de Cormeliis, cum theloneo, furno, aquis, molendinis, pratis, nemoribus et quinque nundinis et quinque feodis militum, et totum territorium cum omnibus hominibus et feodis, nullo excepto, que sunt in tribus parrochiis supradictis. Et terram de Guybraio juxta Falesiam, cum terris, hominibus et bosco, et duobus molendinis apud Falesiam ; et molendinum de Vitreio cum omnibus juribus ejusdem et moltariis cujuscumque sint feodi. Nogeium Siccum juxta forestam nostram de Leonibus, cum patronatu ecclesie, cum bosco, cum molendinis et hominibus et terris et omnibus pertinentibus ad manerium antedictum. Apud Romilleium sexaginta acras terre, cum omnibus incrementis que dicti religiosi vel successores sui poterunt facere in eadem villa. Et apud Pontem Sancti Petri et in foresta de Longo Boel, liberum pasnagium et sexaginta porcos et duos verros et liberum pasturagium in omnibus anni temporibus ad eos, in foresta vero de Leonibus liberum pasnagium ad omnes porcos quos habuerint et liberum pasturagium in omnibus anni temporibus. Si vero apud Romilleium vel apud Pontem Sancti Petri faciant edificia fieri, per visum forestarii de consuetudine et usagio habebunt libere lignomagium ad edificia que voluerint sibi competentia facienda, et ligna ad faciendum ignem sine usu et sine licentia forestarii. Apud Vellebue, piscariam de Aureafossa in Secana, cum toto tenemento dicte abbacie in eadem villa pertinenti de feodo Britolii. Martigneium totum juxta Archas, cum medietate molendinorum de Archis et de Martigneio, cum medietate pisciarum eorumdem, et dicti monachi invenient boscum ad faciendas exclusas dictorum molendinorum, et nos grossum debemus lignomagium invenire totum, et ad faciendas domos eorumdem ; et medietatem mercedis operariorum faciemus pagari et monachi medietatem ; et omnia alia pertinentia ad dictum manerium, in terris, pratis, nemoribus, hominibus et omnibus aliis. Osbermmesnil (sic) cum terris, hominibus et patronatu ecclesie, cum omnibus aliis. Apud Annevillam, patronatum personatus ecclesie, cum omnibus aliis pertinentibus in eadem villa abbacie supradicte. Apud Heuguevillam unum vavassorium cum tenemento suo. Apud Coronam et Kevilleium, prata que ibi habet dicta abbatia, cum hominibus et redditibus suis. Patronatum ecclesie de Crepon, cum pertinentiis suis et decem et octo acris terre, cum hominibus et redditibus suis, et centum solidos currentis monete, annuatim reddendos ad festum Beati Remigii, ad luminare ecclesie supradicte, dicti abbatis patentes litteras deferenti, per manum illius qui redditus Britolii recipiet ; et liberum pasnagium et pasturagium in foresta Britolii ad sexaginta porcos et duos verros, sicut in Longoboel ; et quitanciam per totum feodum Britolii et per totum dominicum nostrum, tam per aquam quam per terram ; et libertatem de omnibus rebus suis et de omnibus rebus familie sue de manupastu suo, ad usum suum, de tallagio, de theloneo, de pontagio, de panagio et paagio et de omnibus consuetudinibus ad nos et ad dominum Britolii pertinentibus. Preterea volumus et concedimus et actoritate presentium confirmamus quod dicti abbas et monachi et successores sui teneant et habeant omnia loca et singula supradicta libere et quiete et pacifice, in omnibus, retenta tantum custodia quinque militum ad castrum Britolii muniendum, et quod in supradictis et singulis locis habeant omnia jura et libertates in omnibus aventuris, justiciis et judiciis, escaetis et in omnibus aliis, sicut habet comes Leccestrie et dominus Britolii, qui fundator est dicti monasterii principalis, in castro suo Britolii, reservata tantum dicto comiti dictorum quinque militum custodia prelibata, et istis tantum retentis nobis, incendiariorum justicia et invasorum euncium et redeuncium ad nostram curiam, et retrobanni, et auxilio redemptionis nostre et falsariorum monete nostre.

Testibus : Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Alveredo de Sancto Martino, Gaufrido Filio Petri, Eustachio filio Petri camerarii.

Apud Rothomagum.